

**L**ocútus est Móyses pópulo dicens:

- <sup>10</sup> «**A**udies vocem Dómini Dei tui  
et custódies mandáta eius et præcépta,  
quæ in hac lege conscrípta sunt,  
et revertéris ad Dóminum Deum tuum  
in toto corde tuo et in tota ánima tua.
- <sup>11</sup> Mandátum hoc, quod ego præcípio tibi hódie,  
non supra te est  
neque procul pósito
- <sup>12</sup> nec in cælo situm,  
ut possis dícere:  
“Quis nobis ad cælum valet ascéndere,  
ut déferat illud ad nos,  
et audiámus atque ópere compleámus?”.
- <sup>13</sup> Neque trans mare pósito,  
ut causéris et dicas:  
“Quis nobis transfretáre póterit mare  
et illud ad nos usque deférre,  
ut póssimus audíre et fácere quod præcéptum est?”.
- <sup>14</sup> Sed iuxta te est sermo valde  
in ore tuo et in corde tuo,  
ut fácias illum».

Verbum Dómini.